

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 120. Caillyi error circa Eucharistiæ Sacramentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII  
A.C. 1701.

## §. CXX.

*Cœillyi error circa Eucharistia  
Sacramentum.*

**N**on deerant in Galliis aliorum ingenia in varias novitates prompta atque fæcunda, ex quorum cerebro varii errores etiam contra fidei puritatem progerminati fuere. Jam dudum luxuriante prorsus ingenio Gabillonns ex Congregatione S. Mauri librum sub titulo: *Philosophia Eucharistica conscripsérat*, in quo ex Cartesii principiis Eucharistiæ mysterium explicare nitebatur. Eandem viam quoque inierat Caillyus ad S. Martinum Parochus Cadomensis, qui libellum typis dedit, ita inscriptum: *Durandi explicatio de modo, quo Christi Corpus in Eucharistia præfens est, seu Concordia Theologiae cum Philosophia quoad Transubstantiationem Eucharistice.* In hoc libello Author in Theologia parum versatus juxta opinionem Cartesii monstrare nitebatur, totum hoc Mysterium in eo consistere, quod panis & vinum uniantur animæ & divinitati Christi, sicque fiat ejus Corpus & sanguis, proin nulla penetratio corporum, nullum accidens absolutum, nullumque aliud miraculum requiratur: cum autem juxta hanc op-

opinionum post consecrationem adhuc Sæc. XVII.  
panis & vinum contra Tridentini de- A. C. 1701.  
cisionem remanerent, hinc Nesmon-  
dus Bajocensis Episcopus hoc anno  
hunc librum proscriptis, ejusque Au-  
torem, ut hæresin suam revocaret,  
compulit.

## §. CXXI.

*Jansenistarum conventicula.*

Insuperhabitibus Mechliniensis Archiepi-  
scopi edictis, & Magistratum vigi-  
lantia frequentes in variis Belgii Ur-  
bibus conventus habebant præcipui  
Jansenii Fautores, in quibus de fir-  
manda eorum factione, juvandis sociis,  
confutandis edictis & libris contra se  
editis, aliisque ejusmodi negotiis com-  
muni suffragio consultabant: cum au-  
tem ejusmodi privata conventicula a-  
liunde jure tam Ecclesiastico quam  
Civili prohibita essent, hinc Camera-  
ensis Archiepiscopus, Tornacensis  
Præful, necon Gubernator totius Bel-  
gii saepius ejusmodi conventus prohi-  
buerunt, dissiparuntque, ac præprimis  
comes de Liberchies Aldenardensis  
Gubernator Anno sæculi præteriti nona-  
gesimo secundo Mense Januario quo-  
tam Ecclesiasticos ibidem congregatos  
disperti, eorumque scripta afferri jus-

*Causa Ques-  
uel. p. 263.*

U u 5. sit,